



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quomodò orandus est Deus, vt nos conseruet, ne succumbamus & obediamus tentationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

est & de facili obedit, sicut cōqueritur Apostolus Roma. 7. Non habitat in carne mea bonum, &cæt. A dextris autem impugnat nos Sathan dulcibus, id est, ijs quæ carni placent & sunt amica, vt luxuria, ebrietas, diuitiæ, superbia, inanis gloria, auaritia, & in omnibus ijs quæ dulcia sunt carni, querit occasionem nos tentandi: Hæc tentatio pessima est, & ascribitur temporibus Antichristi, qui voluptatem omnem concedet suis sectatoribus. Ideò dicit David Psalm. 90. Cadent à latere tuo mille, id est, à sinistris per hæc quæ poenalia sunt homini: sed à dextris tuis decem milia, per hæc quæ suauia sunt carni, &c. Sic iam totus mundus in maligno positus est, 1. Ioan. 5. Nihil videmus præter studium auaritiæ & inanis gloriæ, concupiscentiam oculorum & carnis, superbiam vitæ &c. 1. Ioan. secundo.

3.

Et quoniam tam fortis est vbiq; in mundo Sathanæ tentatio, ideò docuit nos Christus clamare ad patrem Matt. 6. Ne nos inducas in tentationem. Inducit autem in tentationem, est quãdò Deus permittit, quod tentatio tam fortis fit, vt illã nõ possimus sustinere, sed permittimus nos Sathanã sic decipere & excæcare, vt in corde nihil ponderemus nec respiciamus nisi solam voluptatem, & nõ cogitamus nec consideramus iram Dei aduersus peccatum, & sic consentimus diabolo ad peccandum. Nam hæc est potissima ratio omnis damni & periculi, quia nemo finem poterat: quãdò enim finis æstimaretur, quidnã ex opere nostro perpetrato esset euenturum, sæpè ex maiori deliberatione faceremus res nostras: & fit sæpè dum quis incautè credit alteri, vt in damnũ incidat, & hoc quoq; dicitur induci in tentationem. Clamare igitur serio debemus ad Deũ, vt ipse nos conseruet: sic enim conseruauit Ioseph, Susannam, Iudith, à luxuria facienda, in re fidei Tobiam: ille enim nolebat adorare vitulos aureos Ieroboam. Sic Noë & Abraham, sic ho-

LI
diè fidele
nem secta
Deus vul
camur in
thana. Li
tũm velit
1. Cor. 10.
tari supra

D

1. Qui
quo
2. Qu
non
3. Qu
bera



Sed hoc vo
tuniũ in ce
nobis prop
bellum, in
tatem ann
bis quotid
sunt omni
temporib
cundum C

dè fideles conseruat puros, ne incidant in tentationem sectarū. Et hoc maximè credere debemus, quòd Deus vult nos conseruare, & nō permittere vt inducamur in tentationem: alioqui nemo esset tutus à Sathana. Ligauit em̄ ipsi manus Deus, ne tantum quantum velit, tentare possit fideles. Sic inquit Apostolus 1 Cor. 10. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, &c.

DE LIBERATIONE

à malo.

CAPVT XXXII.

ARGVMENTA.

1. *Quid significetur per hoc nomen, Malum, à quo liberari volumus.*
2. *Quare in genere petimus liberari à malo, & non in specie, vt ab hoc aut illo malo.*
3. *Quare non petamus custodiri à malo, sed liberari.*

Malum significat nō solūm peccata quæ sunt contra Dei præcepta, vt idololatria, Blasphemia, maledictio, furtum, adulterium, homicidium, vel etiam diffidentiam contra DE I promissa &cæt. Sed hoc verbum, malum, significat etiā omne infortunium in corpore & anima, in honore & rebus, quod nobis propter peccatum cōtingit, vt persecutionem, bellum, incendium, infirmitatem, pestilentiam, caritatem annonæ, & omne damnum quod Sathan nobis quotidie inferre studet: nec enim recenseri possunt omnia mala quæ excitat Sathan his nouissimis temporibus: ideò petimus liberari à malo, hoc est, secundum Chrysostomum, à Diabolo: & rectè vocatur ma-